

de contrito ethumiliatose corrigibiles reddunt; super omnia etiam magnificandi sunt, qui in pressuris corde perfecto et optimo probati salutaribus exemplis fructum vite invicti minoribus conferunt. Gratias igitur — declinantes, offensionem Dei vitando cautissima subtilitate mundana pericula superastis; sicut — comperimus, quod nec(!) canonicè vocatus, sed violenter ab ecclesia raptus diversaque exilia passus, arcta quoque sub custodia

trusus¹, nullo certo cri-

mine convictus nec sponte confessus, quia absente ecclesia sua alterius sub potestate erat constrictus et sic a mundana potentia vobis adductus est discutiendus vel deponendus.

Quam ergo vulgo notam inrationabilem vim compatiendo mirabili circumspectione placastis, cum furores persequentium humili satisfactione eius sic mitigastis, quatenus divinam vel humanam offensionem pariter evaderetis, sicque fratrem

inlaesum aptiori tempore provida industria reparandum servastis; sicut et de veris Christi membris legitur: Cum patitur unum membrum compatiuntur et caetera membra.

Claruit etiam haec benigna intentio vestra, dum quantulacumque vobis ecclesiastica reddita pace,

III, 179, 36: contritos corde; cf. III, 182, 19: contritione cordis.

III, 180, 34: in pressuris; cf. III, 177, 22: tribus afflictus pressuris.

III, 179, 5: quo scelere offenditur Deus.

III, 178, 10: canonicè convocari episcopum. III, 178, 9: violenter trahi. II, 176, 13: raptus a propria sede. III, 177, 14: exilia passi; cf. I, 175, 7: exsilia passorum.

II, 176, 15: reductus sub custodia; cf. I, 175, 8: custodia pressus; III, 177, 23: custodia obpressus etc.

III, 181, 18: sine certo crimine; cf. III, 180, 6: dum nullum ibi certum damnationis prefigitur crimen; III, 181, 13: certo crimine invento.

III, 178, 38: non convictus, sed valde constrictus. III, 181, 19: ita nec absolute spontanea, quanto minus violenta alterius sub custodia non licet recedere episcopum. III, 178, 7: ductus eodem mundano impetu.

III, 180, 5: discutiatur ab omnibus.

III, 182, 31: ad iam dictam vulgo notam satisfactionem humilem.

II, 176, 29: de illius discessu compatiendo dolui.

III, 177, 33: Sicque humili satisfactione — furores persequentium mitigare — decrevi; cf. III, 180, 9: quae furores persequentium mitigavit; humilis satisfactio offer; cf. II, 176, 15: ut periculum evaderet et furores persequentium mitigaret.

II, 176, 17: ut meliori se tempori reservaret.

III, 178, 14: sicut scriptum est: Cum patitur unum membrum, compatiuntur cetera membra.

III, 182, 26: pace reddita.

1) Ein Anklang daran in der Narratio clericorum, Bouquet VII, 278: 'reductus est sub arcta custodia'.